Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31655
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



gestiones immundorum spiritum figu
rant. qui cordibus hominum parua pri
ua suggestione surrepunt. Quod uero p
linguam uipere nisi uolentia diaboli
temptatio designat. Prius enim leni
ter surrepit. postmodum uero etiam uolen
ter trahit. Caput itaque aspidum fugit.
quia initium suggestionis occulte par
uum prius in corde nascitur. si occidit eum
lingua uipere. quia postmodum capta men
ueneno uolentes temptationis necatur.
Primum subtilibus consiliis ad cor homi
nis immundi spiritus locuntur. qui diu leniter
persuadent. quasi uenenum aspidum fun
dunt. Unde scriptum est. Ouia aspidum
ruperunt. et telas aranee texuerunt.
Qui comederit de ouis eorum morietur. et
quod confortum est erumpet in regulum.
Ouia quippe aspidum prauis hominibus
rumpere est. malignorum spiritum consi
lia que in eorum cordibus latent puersis
operibus aperire. Telas aranee texere est phu
ius mundi concupiscentia temporalia
quelibet operari. que dum nulla stabili
tate soli data sunt. ea peri dubio uen
tus uite mortalis rapit. Bene autem addi
tur quod comederit de ouis eorum morietur.
quia qui immundorum spiritum consilia
recipit. iuxtam in se animam occidit. Et
quod confortum est erumpet in regulum.
quia consilium maligni spiritus quod corde
tegitur. ad plenam iniquitatem nutritur.
Regulus namque serpentum rex — dicitur.
Cuius uero regnorum caput est. nisi antichrist.

Quod quod confortum fuerit erumpet in regu
lum. quia qui in se enutrienda aspidis
consilia recepit. in membrum iniqui capi
tis factus est in corpus antichristi accrescit.
De hoc itaque hypocrita dicit. fugit caput
aspidum. et occidet eum lingua uipe
re. quia cum uniquisque suggestionem antiqui
hostis libenter susceperit. uolentis se pro
modum eius — temptationibus deuic
tus tradit. Unde in paradiso quoque stairi
homini uerba blande persuasionis intu
lit. si quem semel rapuit ad consensum.
iam nunc etiam renitentem trahit. et
corruptionis sue delectationibus deuic
tum pene uolentem interficit. Si forsitan
hec ipsa intelligere per contrariam
interpretationem ualemus. Nam quia
ueneno suo aspis concite uipera aut
tardius occidit. per aspidem uolentia
et subita. per uiperam lenis et diuina
temptatio signatur. Unde illi mors in
suggestione capitis uipere autem in
lingua esse phibetur. quia repentina
temptatio sepe inopinatam mentem
more ut surgit interficit. longa uero
temptatio quia prauia diutius sug
gerendo persuadet. quasi ex lingua ui
pera occidit. Et quia omnis hypocri
ta immundorum suggestione spiritum
quasi serpentum ueneno penetratus.
que sunt superna sei spiritus dona nequa
quam considerat. dum intentionem
cordis ex interioribus fauoribus diuul
gat. recte subiungitur. Non iudicat